17 Dec. 1589.

Rndi dni, dni obserdi

Nunqz existimaram ad meam in D. V. Rndis et vniuersam
Ecclesiam illaz obseruantiam quicqz accedere posse. Cum enim
a prima ferè pueritia primum in Rmi dni Cromeri, Ipsi dein-
de in beatiss. memoriæ Cardis Hosij familia educatus fuerim,
iam ab eo tempore ita colere D. V. Rndis coeperam, vt in illis
colendis nulli me concedere debere statuerem. Nunc cum in
hac petitione Canonicatus Rndi dni Abbatis Oliuensis
tantam etiam beneuolentiam erga me illorz experiar, quantum
ex lris ipsorz ad Rndum dnum Abbatem Oliuensem intelligam,
ita etiam me deuinctum illis existimo, vt si in illis obseruan-
dis omne meum studium consumam, nunqz tamen meæ volunta-
ti atqz in illos obseruantiæ satisfacturus mihi videar. Non
expectabunt ipi à me, vt gras illis agam, cum habere satis ma-
gnas ijs non possim: ago nihilominus quantas possum maximas.
Cum aut beneficium ipsum in aliud tempus necessario ab ijs
dilatum sit, vt quam beneuolentiam semel iam erga me susce-
perunt, postea reipsa etiam testari velint, eo maiore studio
rogo, quo cum nunc iam deuinctissimus illis sim, magis in poste-
rum etiam deuinctus illis esse cupio. De me multa illis polli-
ceri nec possum, nec debeo, grati animi memoriam atqz obser-

67

uantiam sukam illis polliceor: quam ut perpetuam in me
experiantur, reipsa certe praestabo. Excellentiss. D. Vrae oia
fausta ac felicia a Deo opt. max. precor. Dat. Li-
psiae 17. Decembr. 1 5 8 9. –

Excellentiae D. V.

addictiss. servitor.

Paulus Hornicki.

Rendis dnis Prelatis
et Canonicis totiq; Capi-
li Cathedralis Ecclie
... dnis obseruand.

Praesentatae 3 Januarij Ao 90.
... D. Pauli ... ...
in Canonicum loco D. Alberti ...
...

68v